



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

21 Etiam pacis tempore ciues in re militari exercere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

illorum fit acrior, alijs fluminibus exceptis  
erescunt, & confirmantur, qui exercitus long  
educunt; soli sunt, quibus bellum domi infer  
(Xenop. lib. 4. de rebus gestis Grac.) 8. quemad  
dum qui vespas volunt excindere, cùm egr  
infestant, multarum aculeis traduntur; qui  
ignem admouent, cùm adhuc sunt inclusi in  
alveari, tacite vespas necat: ita qui inuadunt  
item dum adhuc domi est, nec exspectant di  
veniat, feliciter regerunt. (*ibid.*) 9. ad dige  
& famam pertinet, imperterritum esse non  
dò ad defendendum, sed etiam ad inferendu  
lijs arma. (*Liu. lib. 28.*)

## SIGNVM XXI.

*Qui in ro  
militare  
exercere.*

ETIAM PACIS TEMPORE CIL  
in re militari exercere, ut ea instruti, ca  
opus fuerit, non ab epulis in antrum,  
sed ab arce in campum, à muro  
in hostem ruant.

**A**RISTOT. 2. *Pol. c. 5.* improuidi esse docet, si  
in dié viuere, eaq; duntaxat videre, quæ  
pedem iacent. Cùm valemus, cauendū est, a  
morbū; cùm in pace viuimus, prævidendū est  
in hostē incidamus: quippe tum maximē infi  
tur hostis, cùm supini in otio dormimus, & k  
ri in pace viuimus. Adhæc nulla ciuitas est  
fortunata, cuius paci ab aliquibus non inuidet.  
ergo pacis tempore de hoste & Marte cog  
oportet, vt in pace securiores simus. Vt  
mutissimē præcauemus morbum, cùm sanita

vires sunt: ita opportunius res bellicæ tractari non possunt, quām cū in pace sumus, & consultiſimē præuenimus hostem, cū tranquillitas & opes in ciuitate florent. Præterea periculōsum est illud in ciuitate negligere, cuius vſu ciues & adiuuandā patriam experti, & ad propulsandum hostes parati fiunt: at vſu militaris exercitatio- nis in pace hæc discunt ciues: ergo periculōsum est rei militaris vſum in pace deponere. Addo, quod iacula non præuisa magis feriant, & mala non præcognita vehementius urgeant. Quanto atrocius, & truculentius videbitur id bellum, quod ciues veluti in crepudijs pacis oscitantes de repentinō oppri- mit?

Quare cū Magistratus tranquillitatē à bel- lis externis esse perspexerit, Remp. curis vacuā, vel præſidijs exercitioque militari nudatam, non patietur; sed eam armis instruet, & muniti- onibus firmabit. Beatum esse prædicat Salomon illum, qui semper timet, hoc est, qui cautus & prouidus est, & ad omnia mala, quæ possunt illi accidere, depellenda paratissimus. Fluxa enim est hominum fides, magna vis inuidiæ, atque libidinis regnandi, multæ fraudes in vita com- muni versantur, varia denique est, & commuta- bilis, atq; infinitis casib⁹ obiecta felicitatis hu- manæ conditio. Quædam potentissimæ regna & *Magna ius-*  
*prouinciæ bellis perfunctæ, pace & otio cōſtitu-*  
*peria armis*  
*to, inopinatis ruinis conciderunt. Persarū impe-*  
*riū armis partū, pax & otium dœleuit. Græcorū*  
*quesita, pa-*  
*ce & otio*  
*opes ingentes eadē diuturnitas pacis absumpſit.*  
Rō. Imperiū otii quoq; & nimia securitas, quod  
Cato futurum prædixerat, haud parum affixit.  
Deus

Deus Iudæis reliquit in Terra promissionis petuos hostes, quos delere nequibant, ut incederent ipsos, ut discerent certare cum hosti & haberent scientiam belligerandi, atque per eos in officio continerentur. *Ios.* 15. 23. *Iud.* 3.

1. Cum Cyrus Lydam gentem maximè bellam animaduerteret, primum armis, tum rei litaris exercitijs ei interdixit, hinc epulas & bincines propoluit, postremò toram effecitam & otiosam factam, exili voce pertemnam ante flamma & ferro vix superauit. *lib. 1.*

2. Appius Claudius in omni sermone negotiorum otio præferre solitus fatur. *lib. 2.* Ius tam demens est, qui otij dulcedinem riorum curis, si facultas securitasque cum cludit contingat, non præferendam censcat. Sed in situ prospiciens vir cautissimus, videbat id, quo

1. Quidam approbat, Romanam virtutem negoti dire, li, segnitie marcescere. *Petrarcha ex Liuio,* artem granum ces, cludit. *lib. 3.* 3. Q. Metellus bello 2. Punico, pulso tandem ergo Italia Hannibale, ac subacta Carthaginē, cum risus gaudio exultantibus, solus in Senatu gravata tristitia cum specta sententia vñus est, ignorare se ait: castrum vtrum ea victoria latibilior, an formidabilis arte, esset Reip. Sicut enim Hannibal Alpes in sed vñus strepitu transgressus, concussa Italia, dormi fieri tem Populum Romanum excitasset; ita vere versante illo digresso, silentio & pacis redditum sed rōbdormisceret, & quos labor ac metus exeregerant, securus torpor opprimeret. *lib. 4.*

4. Catone Censorio delendam esse Carthaginam suadente, solus Scipio Nasica restitit. Futurum periculum asserebat, ut potentis hostis metu liber moratur.

Rō

Romanis, vel otio & ignavia torpescerent, vel in  
se mutuo arma conuerterent. Quod non multo  
post, euersa Carthagine, euenit. Tribunitijs enim  
Gracchorum furoribus coortis, bellorum ciui-  
lum seminaria iacta fuere.

5. Maximinus senior, priusquam ad Imperium  
conscenderet, sub Alexandro militans, quinto  
sempre die in armis exercitum educebat, milita-  
riique more quotidie currendo atque luctando  
exercebat.

6. Aristot. 6. Pol. c. 7. suadet patribus filios suo-  
rum etiamnum sunt iuuenes, viribusque int̄gris  
ad leues & expeditas pugnas erendire, vt tandem  
grandiores etate facti militarium op̄rum opifi-  
ces, duces, & athletæ s̄ant: vnde Iordan. Casus cō-  
cludit athletarum palæstras in ciuitate recte in-  
stituta esse permittendas hisce rationibus fretus.

7. Qui possunt patres suos filios ad pugnas eru-  
dire, arteq̄ue militari insti uere, si nulli sint, qui  
artem pugnandi & præliandi doceant: palæstræ  
ergo athletica esse debent, in quibus rei milita-  
rīne, cuius scientia publicē exerceri possit, adeoque nu-  
tria uacantrī bellica leges ciuitatis, vt cūm ad mœnia, ad  
castra, ad classes venit, non solum vi, sed etiam  
arte; non armorum solum & equorum subsidio,  
sed etiam ingenio bellicosos hostes valeat  
dormi sternere, & superare. 2. Inexperti medici s̄apē ad-  
ta vere eversa valetudine laborantes perdunt & occidūt,  
sed rudes & imperiti milites seipsoſ maſtant: est  
us ex eo ergo necessarium, vt in reētē institutis ciuitati-  
bus Olympica exercitia habeantur, in quibus mi-  
litaris scientia sine sanguine, Martis furor sine  
periculo, hostis infidus & fraudes sine omni ti-  
etu libere more perdiscantur. Sapienter inquit Vegetius:

I

Qui

Res

Qui desiderat pacem, preparet bellum: qui riam cupid, militem imbuat diligenter: qui sedos optat euentus, dimicet arte, non casu: qui nemo eum provocare, nemo audet offendere, qui intelligit superiorem fore, si pugnet. Athenienses Palladē  
magatam  
pinxerunt.

qui calcidem in capite, hastam in dextra luce, neruæ posuerunt, diu Lacedæmonijs paruerunt donec in palestra exercitati, ad tantas vires puerunt, ut viatores victi superauerint. Xanthus Laced. Atilia Regulum Romanumque exercitū, non tam virtute, quam arte edomini contritus. Quot Consules, quot legiones, quolumina Romanorum viris Hannibal, Carthagensis ille, istius ferè artis auxilio, & operari exigit? quot urbes delevit? quot signa & castra stultit? At Romani (qui suum Capitolium in tissimo monte urbis extruxerunt, statuam Martis ad terrorem hostium in celissimum dem turrigraphicè eri insculptam cum omninore armorum ac tormentorum collocarunt lumen lacertis suis ac Martis impetu tot urbes gentes, tot imperia sibi subiecerunt? Fieri potuit, ut pastorum panicata globum totius mundi tot saeculis, vi sola naturæ, sine arte militare verteret. Usus huius scientiæ sunt numero iniici, fama celebres, & laudis tuba digni. Nam desidiosis alacres ad pugnam, ex ignaris expertos, ex imbecillis fortis, ex incognitis & obliquis nobiles magnanimosque duces efficit: hec la insidias prodit, furorem à moenibus ciuitatis appellat, castra figit, tormenta parat, vitam ciuitatis defendit, omnia denique pacis ornamenta efficiat. Leges Veg. Frontinum, & AEliorum.